<i>omnis nostra vis</i>	<i>sita est</i>	<i>in animo et (in) corpore</i>		
2ª PROPOSICIÓN				
2	1 V. + Adverbio		3 Ablativo Régimen	
()	<i>utimur magis</i>		<i>imperio + Adyacente (C. N.) animi servitio + Adyacente (C. N.) corporis</i>	
3ª PROPOSICIÓN: Es una Oración Compuesta, a su vez, de dos Oraciones Yuxtapuestas entre sí				
2	1	3	4: Dativo Posesivo	4: Compl. Circunst. de Compañía
<i>alterum</i>	<i>(est)</i>	<i>(commune)</i>	<i>nobis</i>	<i>cum dis</i>
<i>alterum</i>	<i>est</i>	<i>commune</i>	<i>(nobis)</i>	<i>cum beluis</i>

NEXO : quo									
ORACIÓN									
El Sujeto de “ videtur ” está integrado por dos <u>Proposiciones de Infinitivo</u> que se coordinan entre sí con el nexo “ <i>et</i> ”. A su vez, esta ORACIÓN se coordina con el contexto anterior mediante el nexo causal “ <i>quo</i> ”.									
2 Sujeto								1 Verbo	3 Dat. Agent
1ª PROPOSICIÓN DE INFINITIVO								<i>videtur</i>	<i>mihi</i>
2 Sujeto				1 Verbo	3 Atributo				
PROPOSICIÓN DE INFINITIVO				<i>esse</i>	Adjet. Comp. “ <i>quam</i> ” + 2º Term <i>rectius quam</i> + Proposición Infinit.				
2	1	3	4 C.C.Instr		2	1	3	4 C.C.Instr.	
()	(<i>quaerere</i>)	(<i>gloriam</i>)	(<i>opibus ingenii</i>)		()	<i>quaerere</i>	<i>gloriam</i>	<i>opibus virium</i>	
<i>et</i>									
2ª PROPOSICIÓN DE INFINITIVO									
2 Sujeto				1 Verbo	3 Atributo				
PROPOSICIÓN DE INFINITIVO				(<i>esse</i>)	<i>(rectius)</i>				
2	1	3							
	<i>efficere</i>	<i>memoriam nostri quam maxime longam</i>							
PROPOSICIÓN SUBORDINADA CAUSAL.									
NEXO : quoniam									
2 Sujeto						1 V	3 Atributo		
<i>vita ipsa</i> + Adyacente: Proposición de Relativo						<i>est</i>	<i>brevis</i>		
PROPOSICIÓN DE RELATIVO									
3 Ablativo Régimen				2 Sujeto	1 Verbo				
<i>qua</i>				(<i>nos</i>)	<i>fruimur</i>				

El análisis de la siguiente Oración puedes completarlo tú fácilmente.

ORACIÓN COORDINADA CAUSAL (formada por dos Proposiciones que se yuxtaponen) NEXO con el contexto anterior: <i>Nam</i>		
1ª PROPOSICIÓN		
2	1	3
2ª PROPOSICIÓN		
2	1	3 Predicativo del Sujeto

VOCABULARIO

SUSTANTIVOS y ADJETIVOS

animal, animalis: ser vivo
animus, -i: espíritu, ánimo
belua, -ae: bestia, animal
ceterus, -a, -um: demás
clarus, -a, -um: ilustre
corpus, corporis: cuerpo
deus, dei: dios
divitiae, -arum: riquezas
fluxus, -a, -um: pasajero
forma, -ae: belleza
imperium, -ii: mando, poder
longus, -a, -um: largo
natura, -ae: naturaleza
oboediens, -ntis: obediente,
omnis, -e: todo
ops, opis: energía, recurso
pecus, pecoris: ganado, rebaño
pronus, -a, -um: inclinado
servitium, -ii: servidumbre
summus, -a, -um: muy alto
venter, ventris: vientre
virtus, virtutis: virtud
vis, vim: fuerza

VERBOS

decet: conviene
efficio, -is, -ere, -feci, -fectum: hacer
fingo, -is, -ere, finxi, finctum: hacer, plasmar
fruor, frueris, frui, fruitus sum: disfrutar
habeo, -es, -ere, -ui, -itum: tener, considerar
nitor, niteris, niti, nisus sum: esforzarse
praesto, -as, -are, -stiti, -statum: aventajar
quaero, -is, -ere, quaesivi, quaesitum: buscar
sino, -is, -ere, sivi, situm: colocar, dejar
studeo, -es, -ere, -ui: afanarse, procurar
transeo, -is, -ire, -ivi (-ii), -itum: pasar
utor, uteris, uti, usus sum: utilizar

Veamos otro fragmento de Salustio, también de la “Conjuración de Catilina”.

Sed ego adulescentulus initio sicuti plerique studio ad rem publicam latus sum, ibique mihi multa adversa fuere. Nam pro pudore, pro abstinentia, pro virtute audacia, largitio, avaritia vigebant. Quae tametsi animus aspernabatur insolens malarum artium, tamen inter tanta vitia imbecilla aetas ambitione corrupta tenebatur: ac me cum ab reliquorum malis moribus dissentirem, nihilo minus honoris cupido eadem quae ceteros fama atque invidia vexabat. (Sall., Cat. 3, 3-5)

Los lugares vacíos en el análisis debes completarlos tú mismo.

ORACIÓN ADVERSATIVA con respecto a lo anterior .				
NEXO : <i>sed</i>				
A su vez, esta ORACIÓN está compuesta por dos PROPOSICIONES COORDINADAS				
1ª PROPOSICIÓN				
2 Sujeto	1 V. en Pasiva	3 Ac. C.C. a donde	4 C.C.Modos	4 C.C.Tiempo
<i>ego + Adyacente (aposición)</i> <i>adulescentulus</i>	<i>latus sum</i>	<i>ad rem publicam</i>		
ORACIÓN SUBORDINADA COMPARATIVA				
Nexo : <i>sicuti</i>				
2 Sujeto	1 (Verbo en Pasiva)		3 (Ac.C.C. a donde)	
plerique	(lati sunt)		(ad rem publicam)	
NEXO que une las dos COORDINADAS : <i>-que (= et)</i>				
2ª PROPOSICIÓN				
2	1	4 Dativo Posesivo	4	

PROPOSICIÓN COORDINADA (con el contexto anterior) CAUSAL. Nexo : <i>nam</i>			
2 Sujeto	1 Verbo Intransitivo	4 C.C. Lugar (<i>pro</i> , metafórico: “en lugar de”)	

ORACIÓN COMPUESTA			
PROPOSICIÓN SUBORDINADA CONCESIVA (PRÓTASIS)			
Nexo :			
2	1	3	
+ Aposición :			
ORACION PRINCIPAL (APÓDOSIS). “ <i>tamen</i> ” es el Adverbio Correlativo con “_____”			
2 Sujeto Paciente	1 Verbo en Pas.	3 Predicativo del Sujeto	4 C.C. de Lugar
		<i>Participio</i> <i>corrupta</i>	<i>C. Agente</i> <i>ambitione</i>

ORACIÓN COMPUESTA		
PROPOSICIÓN SUBORDINADA CONCESIVA. (PRÓTASIS)		
Nexo : <i>cum</i>		
2	1	3 Ablativo Separativo
		<i>ab malis moribus reliquorum</i>

PROPOSICIÓN PRINCIPAL. (APÓDOSIS)			
"nihilominus" es adverbio correlativo de "cum"			
2 Sujeto		1 Verbo	3 O.D.
4 C.C. Instrumento			
<i>eadem cupido</i> + Adyacente (Compl. Nominal)			
<i>honoris</i> + Adyacente			
PROPOSICIÓN DE RELATIVO			
2 Sujeto	1 Verbo	3 O. D.	
<i>quae</i>	(_____)	<i>ceteros</i>	

VOCABULARIO

abstinentia, -ae: desinterés
 adulescentulus, -i: joven
 adversus, -a, -um: adverso, contrario
 aetas, aetatis: edad
 ambitio, ambitionis: ambición
 animus, -i: espíritu
 ars, artis: arte
 aspernor, -aris, -ari, -atus sum: despreciar
 audacia, -ae: descaro
 avaritia, -ae: codicia
 ceteri, -orum: los demás, los otros
 corrumpo, -is, -ere, -rupi, -ruptum: corromper
 cupido, cupidinis: deseo, ambición
 dissentio, -is, -ire, -ssensi, -ssensum: disentir
 fama, -ae: fama, maledicencia
 fero, fers, ferre, tuli, latum: llevar
 honos, honoris: honor, cargo (público)
 imbecillus, -a, -um: débil, tierno
 initium, -ii: principio
 insolens, -ntis: desacostumbrado
 invidia, -ae: envidia
 largitio, largitionis: soborno
 mos, moris: costumbre
 plerique, pleraeque, pleraque: los más, la mayoría
 pudor, pudoris: vergüenza, respeto
 reliquus, -a, -um: restante, demás
 res publica, rei publicae: la república, la política
 studium, -ii: afán
 tantus, -a, -um: tan grande
 teneo, -es, -ere, tenui, tentum: tener, mantener
 vexo, -as, -are, -avi, -atum: maltratar, castigar
 vigeo, -es, -ere: prevalecer, dominar
 virtus, virtutis: virtud
 vitium, -ii: vicio

Pasemos a este otro texto, cuyo análisis tiene lugares vacíos para que los completes. Contiene un

retrato de Catilina.

V. (1) L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. (2) Huic ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis grata fuere, ibique iuventutem suam exercuit. (3) Corpus patiens inediae, algoris, vigiliae supra quam cuiquam credibile est. (4) Animus audax, subdolos, varius, cuius rei lubet simulator ac dissimulator, alieni adpetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus: satis eloquentiae, sapientiae parum. (5) Vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. (Sall., Cat. 5, 1-5).

O R A C I Ó N		
2 Sujeto	1 Verbo	3 Ablativos de Cualidad
<i>L. Catilina</i> + Adyacente :	<i>fuit</i>	<i>magna vi + et animi et corporis sed ingenio malo pravoque</i> (Adyacente :C.N.)
Participio Concertado en Aposición <i>natus nobili genere</i> (Part.Perfecto) (Ablativo de Origen)		

ORACIÓN COORDINADA COPULATIVA				
1ª PROPOSICIÓN				
2 Sujeto	1	3	4 Dat. Posesivo	4 C.C. Lugar de donde
<i>bella intestina, caedes, rapinae, discordia civilis</i>				<i>ab adulescentia</i>
		Nexo : <i>et</i>		
2ª PROPOSICIÓN				
2	1	3	4 Adverbio	
()			<i>ibi</i>	

ORACIÓN COMPUESTA			
PROPOSICIÓN PRINCIPAL			
2 Sujeto	1 Verbo	3 Atributo	
<i>corpus</i>	<i>(erat)</i>	<i>Patiens + Adyacente</i> : tres Genitivos Compl. de Adjetivo: <i>inediae, algoris, vigiliae</i>	
PROPOSICIÓN SUBORDINADA COMPARATIVA			
		Nexo: <i>supra quam</i>	
2 Sujeto	1 Verbo	3 Atributo	
()	<i>est</i>	<i>credibile + Adyacente</i> : Dativo de Relación : <i>cuiquam</i>	

ORACION		
1ª PROPOSICIÓN		
2 Sujeto	1 Verbo	3 Atributo
<i>animus</i>	<i>(erat)</i>	<i>audax, subdolos, varius, simulator ac dissimulator + Adyacente</i> (Complemento del Adjetivo): <i>rei cuiuslubet</i> (separado en el texto por <u>tnesis</u>) <i>adpetens + Adyacente</i> : <i>alieni // profusus + Adyacente</i> : <i>sui</i> <i>ardens</i> (Particip. Presente) + C.C.L. en donde (= Causa) : <i>in cupiditatibus</i>
2ª PROPOSICIÓN		

Comprueba ahora la traducción del texto que has hecho.

TRADUCCIÓN:

Lucio Catilina, nacido de noble linaje, fue un hombre de gran fuerza tanto de espíritu como de cuerpo, pero de índole malvada y perversa. Las luchas intestinas, los asesinatos, los robos, la discordia civil le fueron gratas desde su adolescencia, y en ellas ejerció su juventud. Su cuerpo soportaba el hambre, el frío, la vigilia, por encima de lo que a alguien pueda resultarle creíble. Su espíritu era osado, falaz, tornadizo, simulador y disimulador de cualquier cosa, ávido de lo ajeno, derrochador de su patrimonio, consumido en sus pasiones: tenía bastante don de palabra, pero poca sensatez. Su espíritu insaciable ansiaba siempre empresas desmedidas, increíbles, demasiado altas.

Hagamos otro texto más de Salustio:

V. (6) Hunc, post dominationem L. Sullae, lubido maxuma invaserat rei publicae capiundae, neque id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. (7) Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum, quae utraque eis artibus auxerat, quas supra memoravi. (8) Incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos pessuma ac divorsa inter se mala, luxuria atque avaritia, vexabant. (Sall., Cat. 5, 6-8).

ORACIÓN COORDINADA COPULATIVA				
1ª PROPOSICIÓN				
2 Sujeto	1	3	4 C.C.Tiempo	
<i>lubido maxuma</i> + Adyacente (C.N.) Construcción de Gerundivo <i>rei publicae capiundae</i>			<i>post dominationem</i> + Adyacente (C.N.) <i>L. Sullae</i>	
Nexo: <i>neque</i>				
2ª PROPOSICIÓN				
2 Sujeto	1 Verbo	3 Complemento Directo		
<i>(ille = Catilina)</i>	<i>Habebat</i>	<i>quicquam</i> + <i>pensi</i> (Genitivo Partitivo) + Complemento del Partitivo :		
PROPOSICIÓN INTERROGATIVA INDIRECTA				
4 C.C. Instr	2 Sujeto	1 Verbo	3 Compl. Directo	
<i>quibus modis</i>	<i>(ille = Catilina)</i>	<i>adsequeretur</i>	<i>id</i>	
PROPOSICIÓN SUBORDINADA CONDICIONAL				
Nexo : <i>dum</i>				
2 Sujeto	1	3	4 Dativo de interés	
<i>(ille = Catilina)</i>			<i>sibi</i>	

ORACIÓN PRINCIPAL			
2 Sujeto	1 Verbo	4 C.C.T.	4 C.C. Causa
<i>animus ferox</i>	<i>agitabatur</i> + Adverbio <i>magis magisque</i>	<i>in dies</i>	<i>inopia rei familiaris et conscientia scelerum</i> PROPOSICIÓN DE RELATIVO 3 Compl. Dir. 2 Suj. 1 Verbo 4 C.C. Instr. <i>quae utraque (ille) auxerat eis artibus</i> PROPOSICIÓN DE RELATIVO 3 Compl. Dir. 2 Suj. 1 Verbo 4 Adverb. <i>quas (ego) memoravi supra</i>

ORACION PRINCIPAL	
2 Sujeto	1 Verbo
<i>corrupti mores</i> + Adyacente (C.N.): <i>civitatis</i> PROPOSICIÓN DE RELATIVO 3 Compl. Dir. 2 Sujeto 1 Verbo <i>quos</i> Núcleo Adyacentes Aposición <i>mala pessuma</i> <i>ac</i> <i>divorsa inter se luxuria</i> <i>atque</i> <i>avaritia</i> <i>vexabant</i>	<i>incitabant</i> + Modificador (Adverbio) <i>praeterea</i>

VOCABULARIO

adsequor, -eris, -i, -secutus sum : conseguir
 agito, -as, -are, -avi, -atum : agitar, revolver
 ars, artis: arte, conducta, vicio
 augeo, -ere, auxi, auctum : acrecentar, incrementar
 avaritia, -ae : avaricia, codicia
 civitas, civitatis : ciudad
 conscientia, -ae : conocimiento, complicidad
 divorsus, -a, -um (diversus) : diverso, diferente
 dominatio, -onis : gobierno despótico
 regnum. -i : reino, poder absoluto, poder real
 ferox, ferocis : feroz, arrogante, altivo)
 incito, -as, -are, -avi, -atum : incitar
 inopia, -ae : escasez, penuria, carencia

invado, -ere, -vasi, -vasum : invadir, apoderarse de
 lubido, lubricinis (libido) : deseo
 luxuria, -ae : lujo
 malum, -i : mal
 memoro, -as, -are, -avi, -atum : recordar
 modus, -i : modo, procedimiento
 mos, moris : costumbre
 paro, -as, -are, -avi, -atum : preparar, procurarse
 pensum , -i : cosa pensada, escrúpulo, reparo
 scelus, sceleris : crimen
 Sulla, -ae : Sila (Lucio Sila, dictador romano)
 vexo, -as, -are, -avi, -atum : pervertir

O R A C I Ó N			
2 Sujeto	1 Verbo	3 Complemento Directo	4 C.C. de Instrumento
<i>ductores</i> + dos Adyacentes: un C. N.: <i>Danaum</i> y una aposición: Aposición Participio Concertado Participio Perfecto Agente <i>fracti</i> <i>repulsi bello</i> <i>fatis</i> ABLATIVO ABSOLUTO Sujeto Participio Pres. <i>tot annis labentibus iam</i> Lo colocamos aquí, aunque no pertenece al Sujeto.	<i>aedificant</i>	<i>equum</i> <i>instar montis</i>	<i>divina arte Palladis</i>
		Nexo : <i>-que</i> (enclítica)	
O R A C I Ó N			
2 Sujeto	1 V	3 Complemento Directo	4 C.C. de Materia
(<i>illi = ductores Danaum</i>)			<i>abiete secta</i>

O R A C I Ó N			
2 Sujeto	1 V	3 Complemento Directo	4 C.C. de Causa (externa)
(“ ”)			<i>pro reditu</i>

O R A C I Ó N	
2 Sujeto	1 Verbo
<i>ea fama</i>	

TRADUCCIÓN :

Analícemos otro fragmento del poeta. Los lugares que están vacíos en el análisis debes completarlos tú.

La armada griega se esconde en la isla de Tenedos.

(Aen. II, 21-25)

Est in conspectu Tenedos, notissima fama
 insula, dives opum Priami dum regna manebant,
 nunc tantum sinus et statio male fida carinis;
 huc se provecti deserto in litore condunt.
 Nos abiisse rati et vento petiisse Mycenae.

O R A C I Ó N		
2 Sujeto	1 Verbo	3 C.C. Lugar
<p><i>Tenedos</i> + Adyacente. El Adyacente es una Aposición triple:</p> <p><i>insula</i> + el Adyacente <i>notissima</i> + C. C. de Causa: <i>fama</i></p> <p><i>dives opum</i> + C.C. Tiempo: Proposición Temporal. Nexo: <i>dum</i></p> <p style="text-align: center;">2 <i>regna Priami</i> 1 <i>manebant</i> <i>nunc</i></p> <p><i>tantum sinus et statio</i> + el Adyacente <i>male fida</i> + Dat. Compl. Único de Adj. <i>carinis</i></p>	<i>est</i>	<i>in conspectu</i>

O R A C I Ó N			
2 Sujeto	1 Verbo	3 Compl. Directo	4 C. Circ. de Lugar
<i>(illi)</i> + Adyacente : Participio concertado <i>provecti huc</i>			

O R A C I Ó N			
2 Sujeto	1 Verbo	3 Complemento Directo	
	<i>rati (sumus)</i>	Proposición de Infinitivo	
		2 Sujeto <i>(illos)</i>	1 Verbo
		(“)	
		<u>C.C. Lugar</u> <i>Mycenas</i>	C.C. Instr. <i>vento</i>

TRADUCCIÓN:

Capis es de la opinión de destruir el caballo de madera

(Aen. II, 35-39)

At Capys et quorum melior sententia menti,
aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
praecipitare iubent subiectisque urere flammis,
aut terebrare cavas uteri et temptare latebras.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

O R A C I Ó N		
2 Sujeto	1 Verbo	3 Complemento Directo
<p><i>Capys et (ii) + Adyacente:</i></p> <p style="text-align: center;">3 Dat. Posesivo 1 Verbo 2 Sujeto <i>quorum menti erat melior sententia</i></p>	<p><i>iubent</i></p>	<p>Proposición de Infinitivo 2 1 3 4 <i>praecipitare insidias Danaum</i> <i>suspecta dona pelago</i> <i>urere subiectis flammis</i> <i>terebrare cavas uteri</i> <i>temptarelatebras</i></p>

O R A C I Ó N		
2	1	4
<i>vulgus incertum</i>	<i>scinditur</i>	<i>in contraria studia</i>

El verso 37 es un caso claro de “hísteron próteron”. Es ésta una figura consistente en poner delante lo que debe ir detrás y viceversa. Así, “*urere flammis subiectis*” es una acción que debería realizarse antes que la de “*praecipitare suspecta dona*”.

En el verso 39 hay una anástrofe (*studia in contraria*) y un quiasmo (*incertum studia in contraria vulgus*).

TRADUCCIÓN

Eneas arenga a unos jóvenes troyanos, animándoles a morir por la patria.

(Aen. II, 348-354)

Iuvenes, fortissima frustra
pectora, si vobis audentem extrema cupido
certa sequi, quae sit rebus fortuna videtis:
excessere omnes adytis arisque relictis
di, quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi
incensae: moriamur et in media arma ruamus.

VOCATIVO			
<i>Iuvenes</i> + Aposición : <i>pectora fortissima frustra</i>			
O R A C I Ó N			
PRÓTASIS: PROPOSICIÓN CONDICIONAL. Nexo: <i>si</i>			
2 Sujeto		1 Verbo	3 Dativo posesivo
<i>cupido certa</i> + Adyacente (Complemento Nominal)		<i>(est)</i>	<i>vobis</i>
PROPOSICIÓN de INFINITIVO 2 Sujeto 1 Verbo 3 Complemento Directo () <i>sequi (me)</i> + Adyacente: Participio Concertado <i>audentem</i> (Verbo) <i>extrema</i> (C.D.)			
APÓDOSIS: PROPOSICIÓN PRINCIPAL			
2 Sujeto	1 Verbo	3 Complemento Directo	
<i>(vos)</i>	<i>videtis</i>	PROPOSICIÓN INTERROGATIVA INDIRECTA	
		2 Sujeto	1 Verbo
		<i>quae fortuna</i>	<i>sit</i>
			4 Dativo Posesivo
			<i>rebus</i>

ABLATIVO ABSOLUTO			
<i>adytis et aris</i> (Sujeto) <i>relictis</i> (Verbo)			
2 Sujeto		1 Verbo	
<i>omnes di</i> + Adyacente PROPOSICIÓN DE RELATIVO 4 Ablat. Instrumental = “por cuya protección” 2 Sujeto 1 Verbo <i>quibus hoc imperium steterat</i>		<i>excessere</i>	

TRADUCCIÓN

ANÁLISIS DE UN TEXTO DE CICERÓN

Para terminar con esta colección de ejemplos de análisis, vamos a enfrentarnos ahora con un texto de Cicerón, en el que, por muy complicado que pueda parecer, recurriremos al procedimiento de considerar oración por oración, usando siempre el repetido esquema: **2** , **1** , **(3)** , **(4)** ... Apliquemos nuestro sentido común para delimitar las diferentes proposiciones, de manera que no mezclamos palabras de una proposición con palabras de otra. Recordemos que los límites de las proposiciones están señalados por signos de puntuación o por conjunciones y pronombres relativos o interrogativos.

Veamos, pues, este texto tomado del exordio del discurso en defensa de M. Celio Rufo.

I **1.** Si quis, iudices, forte nunc adsit ignarus legum, iudiciorum, consuetudinis nostrae, miretur profecto quae sit tanta atrocitas huiusce causae, quod diebus festis ludisque publicis, omnibus forensibus negotiis intermissis, unum hoc iudicium exerceatur, nec dubitet quin tanti facinoris reus arguatur ut eo neglecto civitas stare non possit. Idem cum audiat esse legem, quae de seditiosis consceleratisque civibus, qui armati senatum obsederint, magistratibus vim attulerint, rem publicam oppugnarint, cotidie quaeri iubeat: legem non improbet, crimen quod versetur in iudicio, requirat; cum audiat nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium vocari, sed adolescentem illustri ingenio, industria, gratia accusari ab eius filio quem ipse in iudicium et vocet et vocarit, oppugnari autem opibus meretriciis: Atratini ipsius pietatem non reprehendat, libidinem muliebrem comprimendam putet, vos laboriosos existimet quibus otiosis ne in communi quidem otio liceat esse. **2.** Etenim si attendere diligenter atque existimare vere de omni hac causa volueritis, sic constituetis, iudices, nec descensurum quemquam ad hanc accusationem fuisse cui utrum vellet liceret nec, cum descendisset, quicquam habiturum spei fuisse, nisi alicuius intolerabili libidine et nimis acerbo odio niteretur. Sed ego Atratino, humanissimo atque optimo adolescenti, meo necessario, ignosco, qui habet excusationem vel pietatis vel necessitatis vel aetatis. Si voluit accusare, pietati tribuo, si iussus est, necessitati, si speravit aliquid, pueritiae. Ceteris non modo nihil ignoscendum sed etiam acriter est resistendum. (Cic. Cael, I, 1-2)

El texto del § 1 está compuesto por

- a) una oración condicional ;
- b) dos oraciones temporales con “cum” de identidad que, en asíndeton adversativo, se yuxtaponen a la condicional.

Consideración de tipo general. Algunos gramáticos, formados en la escuela tradicional, consideran que en las oraciones condicionales no hay propiamente proposición principal ni subordinada porque “ambas se presentan dependiendo mutuamente la una de la otra y ninguna de las dos tiene sentido por sí sola” (J. Guillén, Gramática Latina, § 514). “La proposición en que aparece la condición (la condicional) se llama **prótasis**, y la que anuncia la consecuencia (la condicionada), **apódosis**” (J. Guillén, *ibid.*). M. Bassols, en su Sintaxis Latina, considera la prótasis como subordinada, mientras que la apódosis es considerada como principal (M. Bassols, Sintaxis Latina II, § 248). Siguiendo la exposición de J. Guillén, diremos que en las oraciones condicionales existen las siguientes posibilidades: **1)** que la condición sea **real**; **2)** que la condición sea **posible**; **3)** que la condición sea **imposible** o **irreal**. En el caso que nos ocupa, la condición es **posible**. Este tipo de condicionales lleva, tanto en la prótasis como en la apódosis -que también será posible- el verbo en **subjuntivo** (presente o perfecto).

ANÁLISIS SINTÁCTICO DEL § 1

O R A C I Ó N				
PRÓTASIS:				
PROPOSICIÓN CONDICIONAL. Nexo: <i>si</i>				
2 Sujeto			1 Verbo	
<i>quis ignarus + triple Adyacente (Compl. Nominal) legum, iudiciorum, consuetudinis nostrae</i>			<i>adsit</i>	
APÓDOSIS:				
compuesta por dos PROPOSICIONES coordinadas entre sí (las de “ <i>miretur</i> ” y “ <i>dubitet</i> ”)				
1ª PROPOSICIÓN				
2 Sujeto	1 Verbo	3 Complemento Directo		
()	<i>miretur + profecto</i> (Modificador)	PROPOSICIÓN INTERROGATIVA INDIRECTA		
		3 Atrib.	1 Verb.	2 Sujeto
		<i>quae</i>	<i>sit</i>	<i>tanta atrocitas + Adyacente (C.N.) huiusce causae</i>
PROPOSICIÓN CAUSAL. Nexo: <i>quod</i>				
		2 Sujeto	1 Verbo	4 C.C. Tiempo
		<i>hoc unum iudicium</i>	<i>exerceatur</i>	<i>diebus festis ludisque publicis</i>
ABLATIVO ABSOLUTO				
		Sujeto: <i>omnibus negotiis forensibus</i>		Verbo: <i>intermissis</i>
Nexo: <i>nec</i>				
2ª PROPOSICIÓN				
2 Sujeto	1 Verbo	3 Complemento Directo		
()	<i>dubitet</i>	PROPOSICIÓN COMPLETIVA. Nexo: <i>quin</i>		
		2 Sujeto	1 Verbo	4 Genitivo de Referencia
		<i>reus</i>	<i>arguatur</i>	<i>tanti facinoris</i>
PROPOSICIÓN CONSECUTIVA. Nexo: <i>ut</i>				
		2 Sujeto	1 Verbo	3 Complemento Directo
		<i>civitas</i>	<i>non possit</i>	Proposición de Infinitivo: <i>stare</i>
ABLATIVO ABSOLUTO				
		2 Sujeto: <i>eo</i>		1 Participio Perfecto: <i>neglecto</i>

O R A C I Ó N							
PROPOSICIÓN TEMPORAL con “cum” de identidad. Nexo: <i>cum</i>							
2	Sujeto	1	Verbo	3			Complemento Directo
	<i>idem</i>		<i>audiat</i>				PROPOSICIÓN DE INFINITIVO
		1	Verbo	2			Sujeto
			<i>esse</i>				<i>legem</i> + Adyacente
							PROPOSICIÓN DE RELATIVO
		<i>quæ</i>	<i>iubeat</i>				PROPOSICIÓN DE INFINITIVO
				2	1	4	Ablativo de Materia
				()	<i>quæri</i>	<i>de civibus seditiosis consceleratisque</i>	(Ady.)
							PROPOSICIÓN DE RELATIVO
							2 1 Verbo 3 C. Dir. 4
							<i>qui obsederint senatum armati</i>
							(Predic.)
							<i>attulerint vim magistratibus(Dat.)</i>
							<i>oppugnarint rem publicam</i>
PROPOSICIÓN PRINCIPAL (compuesta de dos proposiciones yuxtapuestas entre sí)							
	2	Sujeto	1	Verbo	3		Complemento Directo
		()		<i>non improbet</i>			<i>legem</i>
		()		<i>requirat</i>			PROPOSICIÓN INTERROGATIVA INDIRECTA
					2	1	C.C. Lugar
					<i>quod crimen</i>	<i>versetur</i>	<i>in iudicio</i>
ORACIÓN							
PROPOSICIÓN TEMPORAL. Nexo: <i>cum</i>							
2	Suj.	1	Verb	3			Complemento Directo
()			<i>audiat</i>				Tres PROPOSICIONES DE INFINITIVO, coordinadas entre sí con conjunciones adversativas
		2	Sujeto	1	Verb	4	C.C. Lugar
			<i>nullum facinus nullam audaciam nullam vim</i>		<i>vocari</i>		<i>in iudicium</i>
							<i>sed</i>
		2	Sujeto	1	Verb	3	Agente
			<i>adulescentem</i> + tres Abl. de Cualidad: <i>illustri ingenio, industria, gratia</i>		<i>accusari</i>	<i>ab filio</i> + Adyacente: <i>eius</i> + Adyacente	PROPOSICIÓN DE RELATIVO
							3 C.D. 2 Suj. 1 Verbo C.C. Lugar
							<i>quem ipse et vocet et vocarit in iudicium</i>
							<i>autem</i>
		2	“	1	“	4	Agente
		(“)		<i>oppugnari</i>	<i>opibus meretriciis</i>		
PROPOSICIÓN PRINCIPAL							
2	Suj.	1	Verbo	3			Complemento Directo
			<i>non reprehendat</i>				<i>pietatem ipsius Atratini</i>

	<i>putet</i>	<p align="center">PROPOSICIÓN DE INFINITIVO 2 Sujeto 1 Verbo <i>libidinem muliebrem comprimendam (esse)</i></p>
	<i>existimet</i>	<p align="center">vos + el Predicativo Objetivo <i>laboriosos</i> antecedente</p> <p align="center">PROPOSICIÓN DE RELATIVO 1 Verbo 2 Sujeto PROPOS. INFINIT. <i>quibus ne quidem liceat 2 Suj. 1 V. 3 Atr. C.C.T</i> (el mismo) <i>esse otiosis in c. otio</i></p> <p>3.</p>

ANÁLISIS SINTÁCTICO DEL § 2


ORACIÓN		
PRÓTASIS		
PROPOSICIÓN CONDICIONAL. Nexos: <i>si</i>		
2 Sujeto	1 Verbo	3 Complemento Directo
()	<i>volueritis</i>	<p align="center">Dos PROPOSICIONES DE INFINITIVO: 2 Suj. 1 Verbo 4 Modificador 4 C.C. Materia () <i>attendere diligenter</i> () <i>existimare vere de omni hac causa</i></p>

APÓDOSIS	
PROPOSICIÓN PRINCIPAL	
2 Sujeto	1 Verbo
<p>(vos)</p> <p>+ Vocativo: <i>iudices</i></p>	<p><i>constituetis sic</i> + explicación de “sic”, constituida por DOS Proposiciones de Infinitivo</p> <p style="text-align: center;">1ª PROPOSICIÓN DE INFINITIVO 2 Sujeto 1 Verbo 4 C. C. Lug. <i>nec quemquam</i> + Adyacente</p> <p style="text-align: center;">PROPOSICIÓN DE RELATIVO 3 Dat. 1 V. 2 Sujeto</p> <p><i>cui liceret</i> PROPOSICIÓN COMPLETIVA 2 Suj. 1 Verbo 3 C. Direc. () <i>vellet utrum</i></p> <p style="text-align: center;"><i>descensurum fuisse ad hanc accusationem</i></p> <p style="text-align: center;">2ª PROPOSICIÓN DE INFINITIVO 2 Sujeto 1 Verbo 3 Complemento Directo <i>nec quemquam habiturum fuisse quicquam</i> + un Genitivo Partitivo: <i>spei</i></p> <p style="text-align: center;">PROPOSICIÓN TEMPORAL. Nexo: <i>cum</i> 2 Sujeto 1 Verbo 4 C. C. Lugar <i>(quisquam) descendisset (ad hanc accusationem)</i></p> <p style="text-align: center;">PROPOSICIÓN CONCESIVA ADVERSATIVA. Nexo: <i>nisi</i> 2 Sujeto 1 Verbo 3 Complemento Régimen ()</p> <p><i>niteretur intolerabile libidine</i> + C. N. : <i>alicuius</i> <i>et</i> <i>odio nimis acerbo</i></p>

O R A C I Ó N		
2 Sujeto	1 Verbo	3 Dativo de Interés
<i>ego</i>	<i>ignosco</i>	<p><i>Atratino</i> + Dos Adyacentes: una Aposición y una Proposición de Relativo. Aposición: <i>adulescenti humanissimo atque necessario meo optimo</i></p> <p style="text-align: center;">PROPOSICIÓN DE RELATIVO 2 Suj. 1 Verbo 3 Complemento Directo <i>qui habet excusationem</i> + Tres Adyacentes (C. N.) : <i>vel pietatis vel necessitatis vel aetatis</i></p>

meretriz, no reprendería el sentimiento filial del mismo Atratino, sino que opinaría que se debería reprimir la liviandad femenina, y a vosotros os consideraría laboriosos, pues ni siquiera en el descanso general se os permite estar libres de ocupación.

2. En efecto, si quisierais escuchar atentamente y juzgar conforme a la verdad sobre todo este pleito, decidiríais, jueces, de este modo: que ni debería descender a esta acusación nadie, aunque le estuviera permitido optar por una de las dos partes, ni, habiendo descendido, habría de tener esperanza alguna, de no apoyarse en la intolerable liviandad y en el odio excesivamente encarnizado de una persona. Pero yo a Atratino, un adolescente educadísimo y magnífico amigo mío, lo disculpo, porque tiene la excusa bien del cariño filial, bien de los lazos de parentesco, bien de la edad. Si quiso presentar la acusación, lo atribuyo a su amor filial, si aceptó una orden, a su relación de parentesco y, si albergó alguna expectativa, a su ingenuidad infantil. A los demás no sólo no se les debe disculpar nada, sino que hay que oponerles una firme resistencia.



M. Tulio Cicerón

TEXTOS DE CÉSAR

1) Los helvecios se preparan para salir de sus territorios.

His rebus adducti et auctoritate Orgetorigis permoti, constituerunt ea quae ad proficiscendum pertinerent comparare, iumentorum et carrorum quam maximum numerum coemere, sementes quam maximas facere ut in itinere copia frumenti suppeteret, cum proximis civitatibus pacem et amicitiam confirmare. (Caes., B.G. I, 3, 1)

2) Orgetóriga impulsa a los helvecios a apoderarse de toda la Galia.

Perfacile factu esse illis probat conata perficere, propterea quod ipse suae civitatis imperium obtenturus esset: non esse dubium quin totius Galliae plurimum Helvetii possent; se suis copiis suoque exercitu illis regna conciliaturum confirmat. Hac oratione adducti, inter se fidem et iusiurandum dant et, regno occupato, per tres potentissimos ac firmissimos populos totius Galliae sese potiri posse sperant. (Caes., B. G. I, 3, 6-8)

3) Los helvecios cruzan el río Saona, pero antes de cruzarlo todos, César ataca a la tribu tigurina.

Flumen est Arar, quod per fines Haeduum et Sequanorum in Rhodanum influit incredibili lenitate, ita ut oculis in utram partem fluat iudicari non possit. Id Helvetii ratibus ac lintribus iunctis transibant. Ubi per exploratores Caesar certior factus est tres iam partes copiarum Helvetios id flumen traduxisse, quartam fere partem citra flumen Ararim reliquam esse, de tertia vigilia cum legionibus tribus e castris profectus, ad eam partem pervenit quae nondum flumen transierat. Eos impeditos et inopinantes adgressus, magnam partem eorum concidit; reliqui sese fugae mandarunt atque in proximas silvas abdiderunt. Is pagus appellabatur Tigurinus: nam omnis civitas Helvetia in quattuor pagos divisa est. (Caes., B.G. I, 12, 4)

4) César sigue al enemigo. Escaramuzas entre la caballería de César y la retaguardia helvecia.

Postero die castra ex eo loco movent. Idem facit Caesar equitatumque omnem, ad numerum quattuor milium, quem ex omni provincia et Haeduis atque eorum sociis coactum habebat, praemittit, qui videant quas in partes hostes iter faciant. Qui, cupidius novissimum agmen insecuti, alieno loco cum equitatu Helvetiorum proelium committunt, et pauci de nostris cadunt. Quo proelio sublatis Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere non numquam et novissimo agmine proelio nostros lacessere coeperunt. Caesar suos a proelio continebat ac satis habebat in praesentia hostem rapinis, pabulationibus populationibusque prohibere. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt, uti inter novissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinque aut senis milibus passuum interesset. (Caes., B.G. I, 15, 1-5)

5) César ordena al legado T. Labieno ocupar un monte, mientras él sigue al enemigo.

Eodem die ab exploratoribus certior factus hostes sub monte consedisse milia passuum ab ipsius castris octo, qualis esset natura montis et qualis in circuitu ascensus qui cognoscerent misit. Renuntiatum est facilem esse. De tertia vigilia T. Labienum, legatum propraetore, cum duabus legionibus et iis ducibus qui iter cognoverant, summum iugum montis ascendere iubet; quid sui consilii sit ostendit. Ipse de quarta vigilia, eodem itinere quo hostes ierant ad eos contendit equitatumque omnem ante se mittit. P. Considius, qui rei militaris peritissimus habebatur et in exercitu L. Sullae et postea in M. Crasi fuerat, cum exploratoribus praemittitur. (Caes. B.G. I, 21, 1-4)

6) César advierte a los lingones de las consecuencias de su ayuda a los helvecios.

Caesar ad Lingonas litteras nuntiosque misit, ne eos frumento neve alia re iuvarent: qui si iuvisent, se eodem loco quo Helvetios habiturum. Ipse, triduo intermisso, cum omnibus copiis eos sequi coepit. (Caes., B. G. I, 26, 6)

7) Ariovisto responde a una embajada de César.

Quam ob rem placuit ei ut ad Ariovistum legatos mitteret, qui ab eo postularent uti aliquem locum medium utriusque conloquio deligeret: velle sese de re publica et summis utriusque rebus cum eo agere. Ei legationi Ariovistus respondit: si quid ipsi a Caesare opus esset, sese ad eum venturum fuisse; si quid ille se velit, illum ad se venire oportere. (Caes., B. G. I, 34, 1-2)

8) A César le llega la noticia de que Ariovisto se dispone a ocupar Vesonción .

Cum tridui viam processisset, nuntiatum est ei Ariovistum cum suis omnibus copiis ad occupandum Vesontionem, quod est oppidum maximum Sequanorum, contendere triduique viam a suis finibus processisse. Id ne accideret, magnopere sibi praecavendum Caesar existimabat. (Caes., B. G. I, 38, 1)

9) César y Ariovisto mantienen una entrevista.

Planities erat magna et in ea tumulus terrenus satis grandis. Hic locus aequo fere spatio ab castris Ariovisti et Caesaris aberat. Eo, ut erat dictum, ad conloquium venerunt. Legionem Caesar quam equis vexerat passibus ducentis ab eo tumulo constituit. Item equites Ariovisti pari intervallo constiterunt. Ariovistus ex equis ut conloquerentur et praeter se denos ut ad conloquium adducerent postulavit. Ubi eo ventum est, Caesar initio orationis sua senatusque in eum beneficia commemoravit: quod rex appellatus esset a senatu, quod amicus, quod munera amplissime missa; quam rem et paucis contigisse et pro magnis hominum officiis consuesse tribui docebat. (Caes., B. G. I, 43, 1-4)

10) Interrupción de la entrevista entre César y Ariovisto.

Dum haec in conloquio geruntur, Caesari nuntiatum est equites Ariovisti propius tumulum accedere et ad nostros adequitare, lapides telaque in nostros conicere. Caesar loquendi finem fecit seque ad suos recepit suisque imperavit ne quod omnino telum in hostes reicerent. Nam, etsi sine ullo periculo legionis delectae cum equitatu proelium fore videbat, tamen committendum non putabat ut, pulsus hostibus, dici posset eos ab se per fidem in conloquio circumventos. (Caes., B. G. I, 46, 1-3)

11) César envía a C. Valerio Procilo y a M. Mecio como embajadores a Ariovisto.

Commodissimum visum est C. Valerium Procillum, C. Valeri Caburi filium, summa virtute et humanitate adulescentem, cuius pater a C. Valerio Flacco civitate donatus erat, et propter fidem et propter linguae Gallicae scientiam, qua multa iam Ariovistus longinqua consuetudine utebatur, et quod in eo peccandi Germanis causa non esset, ad eum mittere, et una M. Metium, qui hospitio Ariovisti utebatur. His mandavit ut quae diceret Ariovistus cognoscerent et ad se referrent. Quos cum apud se in castris Ariovistus conspexisset, exercitu suo praesente, conclamavit: quid ad se venirent? an speculandi causa? Conantes dicere prohibuit et in catenas coniecit. (Caes., B. G. I, 47, 4-6)

12) Ariovisto hostiga con escaramuzas de caballería al ejército de César.

Ex eo die dies continuos quinque Caesar pro castris suas copias produxit et aciem instructam habuit, ut, si vellet Ariovistus proelio contendere, ei potestas non deesset. Ariovistus his omnibus diebus exercitum castris continuit, equestri proelio cotidie contendit. Genus hoc erat pugnae quo se Germani exercuerant. (Caes., B. G. I, 48, 3-4)

13) Ariovisto retira sus tropas del combate.

Acriter utrimque usque ad vesperum pugnatum est. Solis occasu suas copias Ariovistus, multis et inlatis et acceptis vulneribus, in castra reduxit. (Caes., B. G. I, 50, 2-3)

14) Batalla entre germanos y romanos.

Caesar singulis legionibus singulos legatos et quaestorem praefecit, uti eos testes suae quisque virtutis haberet; ipse a dextro cornu, quod eam partem minime firmam hostium esse animadverterat, proelium commisit. Ita nostri acriter in hostes, signo dato, impetum fecerunt, itaque hostes repente celeriterque procurrerunt, ut spatium pila in hostes coniciendi non daretur. Relictis pilis, comminus gladiis pugnatum est; at Germani, celeriter ex consuetudine sua phalange facta, impetus gladiatorum exceperunt. Reperti sunt complures nostri milites qui in phalanges insilirent et scuta manibus revellerent et desuper vulnerarent. Cum hostium acies a sinistro cornu pulsa atque in fugam coniecta esset, a dextro cornu vehementer multitudine suorum nostram aciem premebant. Id cum animadvertisset Publius Crassus adulescens, qui equitatu praerant, quod expeditior erat quam ii qui inter aciem versabantur, tertiam aciem laborantibus nostris subsidio misit. (Caes., B. G. I, 52, 1-7)

15) Huida de los germanos y de Ariovisto por el Rin.

Ita proelium restitutum est atque omnes hostes terga verterunt neque prius fugere destiterunt quam ad flumen Rhenum, milia passuum ex eo loco circiter quinque, pervenerunt. Ibi perpauci aut, viribus confisi, tranare contenderunt aut, lintribus inventis, sibi salutem repperunt; in his fuit Ariovistus, qui naviculam deligatam ad ripam nactus, ea profugit; reliquos omnes, equitatu consecuti, nostri interfecerunt. (Caes., B. G. I, 53, 1-3)

16) César es informado de que los belgas se preparan para la guerra.

Cum esset Caesar in citeriore Gallia legionesque essent conlocatae in hibernis, ita uti supra demonstravimus, crebri ad eum rumores adferebantur, litterisque item Labieni certior fiebat omnes Belgas, quam tertiam esse Galliae partem dixeramus, contra populum Romanum coniurare obsidesque inter se dare. (Caes., B. G. II, 1, 1)

17) A comienzos del verano, César inicia los preparativos para marchar contra los belgas.

His nuntiis litterisque commotus, Caesar duas legiones in citeriore Gallia novas conscripsit et, inita aestate, in ulteriorem Galliam qui deduceret Q. Peditum legatum misit. Ipse, cum primum pabuli copia esse inciperet, ad exercitum venit. Dat negotium Senonibus reliquisque Gallis qui finitimi Belgis erant uti ea quae apud eos gerantur cognoscant seque de his rebus certiore faciant. Hi constanter omnes nuntiaverunt manus cogi, exercitum in unum locum conduci. Tum vero dubitandum non existimavit quin ad eos proficisceretur. Re frumentaria comparata, castra movet diebusque circiter quindecim ad fines Belgarum pervenit. (Caes., B. G. II, 2, 1-6)

18) Al enterarse de que los belgas venían contra él, César hace cruzar el río Aisne a su ejército.

Postquam omnes Belgarum copias, in unum locum coactas, ad se venire vidit neque iam longe abesse ab iis quos miserat exploratoribus et ab Remis cognovit, flumen Axonam, quod est in extremis Remorum finibus, exercitum traducere maturavit atque ibi castra posuit. (Caes., B. G. II, 5, 4)

19) La forma de asaltar una ciudad que tienen los galos y los belgas.

Gallorum eadem atque Belgarum oppugnatio est haec. Ubi, circumiecta multitudine hominum totis moenibus, undique in murum lapides iaci coepti sunt murusque defensoribus nudatus est, testudine facta, portas succendunt murumque subruunt (Caes., B. G, II, 6, 2)

20) Escaramuzas de la caballería romana y belga y maniobras de los belgas.

Palus erat non magna inter nostrum atque hostium exercitum. Hanc si nostri transirent hostes expectabant; nostri autem si ab illis initium transeundi fieret, ut impeditos adgrederentur, parati in armis erant. Interim proelio equestri inter duas acies contendebatur. Ubi neutri transeundi initium faciunt, secundiore equitum proelio nostris, Caesar suos in castra reduxit. Hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt, quod esse post nostra castra demonstratum est. Ibi vadis repertis, partem suarum copiarum traducere conati sunt, eo consilio ut, si possent, castellum cui praeerat Q. Titurius legatus expugnarent pontemque interscinderent; si minus potuissent, agros Remorum popularentur, qui magno nobis usui ad bellum gerendum erant, commeatuque nostros prohiberent. (Caes., B. G. II, 9, 1-5)

21) En una dura batalla, los romanos matan a gran número de enemigos.

Acriter in eo loco pugnatum est. Hostes impeditos nostri in flumine adgressi, magnum eorum numerum occiderunt; per eorum corpora reliquos audacissime transire conantes multitudine telorum repulerunt; primos qui transierant, equitatu circumventos, interfecerunt. (Caes., B. G. II, 10, 2, 3)

22) Los romanos echan al río a los atrebates.

Legionis nonae et decimae milites, ut in sinistra parte aciei constiterant, pilis emissis, cursu ac lassitudine exanimatos vulneribusque confectos Atrebates -nam his ea pars obvenerat-, celeriter ex loco superiore in flumen compulerunt. (Caes., B. G. II, 23, 1)

23) Los romanos se rehacen de un ataque anterior, al llegar tropas de refresco.

Horum adventu tanta rerum commutatio est facta, ut nostri, etiam qui vulneribus confecti procubuissent, scutis innixi, proelium redintegrarent; calones, perterritos hostes conspicati, etiam inermes armatis occurrerent, equites uero, ut turpitudinem fugae virtute delerent, omnibus in locis pugnae se legionariis militibus praeferrent. (Caes., B. G. II, 27, 1-2)

24) Los pueblos de allende el Rin envían embajadas a César.

His rebus gestis omni Gallia pacata tanta huius belli ad barbaros opinio perlata est, uti ab iis nationibus quae trans Rhenum incolerent, legationes ad Caesarem mitterentur, quae se obsides daturas, imperata facturas pollicerentur. Quas legationes Caesar, quod in Italiam Illyricumque properabat, initio proximae aestatis ad se reverti iussit. (Caes., B.G. II, 35, 1-2)

25) El reclutamiento de hombres entre los suevos, pueblo especialmente belicoso.

Sueborum gens est longe maxima et bellicosissima Germanorum omnium. Hi centum pagos habere dicuntur, ex quibus quot annis singula milia armatorum bellandi causa suis ex finibus educunt. Reliqui, qui domi manserunt, se atque illos alunt. (Caes., B. G. IV, 1, 3-4)

26) Las naves cesarianas sufren una violenta tempestad.

Equites a Q. Atrio ad Caesarem venerunt, qui nuntiarent superiore nocte, maxima coorta tempestate, prope omnes naves afflictas esse, quod neque ancorae funesque subsisterent, neque nautae gubernatoresque vim tempestatis pati possent. (Caes., B. G. V, 10, 2)

27) Medidas ante la falta de trigo en la Galia por la sequía.

Subductis navibus, concilioque Gallorum Samarobrivae peracto, quod eo anno frumentum in Gallia propter siccitates angustius provenerat, coactus est aliter ac superioribus annis exercitum in hibernis collocare legionesque in civitates distribuere. (Caes., B. G. V, 24, 1)

28) César da una orden a Craso.

Caesar, acceptis litteris hora circiter undecima diei, statim nuntium in Bellovacos ad Crassum quaestorem mittit, cuius hiberna aberant ab eo milia passuum XXV; iubet media nocte legionem proficisci celeriterque ad se venire. (Caes., B. G. V, 46, 1-2)

29) César decide cruzar el Rin.

Caesar, postquam ex Menapiis in Treveros venit, duabus de causis Rhenum transire constituit; quarum una erat, quod auxilia contra se Treveris miserant, altera, ne ad eos Ambiorix receptum haberet. (Caes., B. G. VI, 9, 1-2)

30) Lectura de una carta de César en el senado.

Litteris (a Fabio) C. Caesaris consulibus redditis, aegre ab iis impetratum est summa tribunorum plebis contentione ut in senatu recitarentur; ut vero ex litteris ad senatum referretur, impetrari non potuit. Referunt consules de re publica infinite. L. Lentulus consul senatui rei publicae se non defuturum pollicetur. (Caes., B.C. I, 1, 1-2)

31) Voluntarios y propuestas para exponerle a César la voluntad del senado.

Omnes amici consulum, necessarii Pompei atque eorum qui veteres inimicitias cum Caesare gerebant in senatum coguntur ... Pollicetur L. Piso censor sese iturum ad Caesarem, item L. Roscius praetor, qui de his rebus eum doceant; sex dies ad eam rem conficiendam spatii postulant. Dicuntur etiam ab nonnullis sententiae, ut legati ad Caesarem mittantur qui voluntatem senatus ei proponant. (Caes., B. C. I, 3, 4-7)

32) Pompeyo concentra sus tropas.

Pompeius, iis rebus cognitis quae erant ad Corfinium gestae, proficiscitur Canusium atque inde Brundisium. Copias undique omnes ex novis dilectibus ad se cogi iubet; servos, pastores armat atque his equos attribuit. (Caes., B.C. I, 24, 1-2)

33) César encarga al legado C. Fabio operaciones militares en Hispania.

Dum (Caesar) haec parat atque administrat, C. Fabium legatum cum legionibus III, quas Narbone circumque ea loca hiemandi causa disposuerat, in Hispaniam praemittit celeriterque saltus Pyrenaeos occupari iubet, qui eo tempore ab L. Afranio legato praesidiis tenebantur. Reliquas legiones, quae longius hiemabant, subsequi iubet. Fabius, ut erat imperatum, adhibita celeritate praesidium ex saltu deiecit magnisque itineribus ad exercitum Afrani contendit. (Caes., B. C. I, 37, 1-3)

34) Reclutamiento de soldados hispanos y concentración de las tropas pompeyanas en las inmediaciones de Ilerda.

His rebus constitutis, equites auxiliaque toti Lusitaniae a Petreio, Celtiberiae, Cantabris barbarisque omnibus qui ad Oceanum pertinent ab Afranio imperantur. Quibus coactis, celeriter Petreius per Vettones ad Afranium pervenit, constituuntque communi consilio bellum ad Ilerdam propter ipsius loci opportunitatem gerere. (Caes., B. C. I, 38, 3-4)

35) Obra de ingeniería para avenar el Segre y poder cruzarlo por un vado.

